

Beiheft

S 204 ff.

x)

prout officato
dominarum
placuerit.

Forts. Karte

VII I

Item Bossele cum tribus pueris suis oriunda ex bonis Welekine, maritus eius . . .¹⁾.

Item soror dicte Bossele moratur in Brunercinc, creditur in casa dicta Vulesteghe.

Item Walterus Welekine morans pro tempore Bocholte et Heyno eius frater iuxta Dana . . .¹⁾ pro tempore et isti fratres et sorores sunt oriundi ex bonis Welekine in Dingeden.

Item nota: dominus Reynerus de Kovorde pro Stina filia Gertrudis Dunnekinne (?) . . .¹⁾ Gertrudim filiam Zeynen Wentscine morantem tunc Win[terswic] anno Domini M^oCCC^oLI^o die sancte Gertrudis . . .¹⁾ Gertrudis filia Zeynen . . . data est pro Gertrude filia Stoltenvoghet . . .¹⁾

Item nota: Reymoet Overcam[p] . . . Vredenensi, quod coram me . . . anno domini . . . sancti Galli . . .

Item nota: Mechildis . . . Hildeboldine, prout . . .

Item nota, quod Juttam Ikine, Arnoldum eius filium et alios pueros eius morantes in parrochia Bocholte scultetus de Aholte dedit ecclesie Vredenensi pro Gerhardo dicto Brochowere morante Hummelo, quem Wernerus de Rede inpetuit, que Jutta data fuerat dicto sculteto cum dicto Arnoldo pro Gerhardo Brochowere predicto per Stangnatum pro tempore officiato ecclesie Vredenensi, ut creditur, quare eandem Juttam cum pueris suis Lambertus Verhus nomine ecclesie recepit, ne ecclesiam cum ipso Wernerio oporteret litigare.

Item Gertrudis thon Holtecampe cum duobus pueris suis antiquioribus, sed . . . duobus iunioribus restituebatur Xandro de Kratere pro uxore Gerhardi Stemmerine anno Domini M^oCCC^oXXXIII^o feria quinta ante Johannis nativitatis baptiste.

Item Hillike Poppine in Holtwie (obiit ut creditur) fuit recepta pro filia Luberti de Merste, uxore Belensoen.

Item Engelbertus Gengmur nomine domini Ghyselberti de Brunchorst pro Gertrude filia Ecberti Thescine tho Nichtertune restituit Gesam sororem sculteti Conyngene iuxta Gemene.

Item nota, quod Johannes (obiit) frater Conradi thon Kote attinet in officium Ware; receptus enim fuit pro Johanne Boessceline in advocationem pro eo, sed postea ulterius fuit permutatus extra advocationem ac datus fuit pro ipso Gerhardus filius Nannen Eppinc et Margarete Ghebinc et advocationem Lubertus Honikere nomine advocati et Gerhardus Nunnyne et plures alii; et voluisse eum dedisse pro sculteto Nunnyne juniore illis de Wische, sed factum non fuit.

Et nota, quod pro Henrico sculteto de Merste juniore predicto, Bernardo Temmyne officiato illorum de Wische exhibiti fuerunt Nicolaus filius Johannis Blome, Aleydis filia Bernardi Volkerinc de ambo et eius pueri et Beka filia Bernardi Gheline et quia non elegit, poterit, ut creditur, sibi dari unus predictus, prout officato dominarum placuerit.

VI

X)